Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



libri et aperire signacula eius: quia occisus es et
redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et
lingua et populo et natione: et fecisti nos deo
nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super
terram Et vidi: et audivi vocem angelorum
multorum in circuitu throni: et animalium et se
nioruni Et erat numerus eorum milia milium:
voce magna dicentium Dignus est agnus qui
occisus est accipere virtutem et divinitatem et sa
pientiam et fortitudinem: et honorem et
gloriam et benedictionem in secula seculorum Amen
Gr Exultabunt sancti cum gloria Descendens angelus
de monte Off. Mirabilis deus Sec Altare tu
um domine deus muneribus cumulamus obla
tis: da quesumus: ut ad salutem nostram omnium
tuorum precatione proficiant quorum solemnia
venerantes precurrimus P Post hanc cotidiana
Com Amen dico vobis quod vnum. Completa
sacramentis domine et gaudiis optata cele
britate expletis quesumus ut eorum precibus adiuve
mur: quorum recordationibus exhibentur P
In die sancto introit Gaudeamus Ps Exultate
Omnipotens sempiterne deus qui nos Collecta
omnium sanctorum tuorum merita sub
una tribuisti celebritate venerari: quesumus ut desideratam nobis tue propitiationis habun
dantiam multiplicatis intercessoribus largi
Et ecce Lectio Apok. v. Joh. a. apis
Ego iohannes vidi angelum descendentem
ab ortu solis habentem signum dei vivi: et cla
mavit voce magna quatuor angelis quibus